

# MARCI DE

MANTVA BONA

uitis cognomento Patauini

Iurisconsult. Com-

mentarius,

in

*Solenū. §. Vbi decretum. l. Nec quicquam, ff. de offic.*

*procons. et lega. Ac etiam l. si. C. de pact.*

*Et l. Transigere, C. de transact.*



Lugduni Apud Dominicum de Portonarijs.

M. D. XLVIII.

# S V M M A R I V M.

## ¶ Vbi decretum. l. Nec quicquam. ff. de officio procons.

- 1 **Q**uando primum consules creati sint.
- 2 Consules vnde dicti.
- 3 **Q**uod ius haberent.
- 4 An esset ab eis prouocatio: & an possent animaduertere in caput civis R. o. iniussu populi.
- 5 An plus anno duraret: & dato quod non: quomodo sequenti vo. carentur.
- 6 Proconsul vnde dictus sit.
- 7 Quam iurisdictionem haberet.
- 8 An spectabilis vel illustris dicatur.
- 9 Verbum decretum in iure multifariam capitur.
- 10 **Q**uæ sint negotia desiderantia decreti interpositionem.
- 11 **Q**uomodo verbum libellus capiatur in tex. isto.
- 12 Casus in hoc §. ponitur.
- 13 Vbi decreto opus est: ibi causæ cognitio desideratur.
- 14 Dictio vbi est vnum de decem prædicamentis.
- 15 Verba semper intelligenda sunt secundum subiectam materiam.
- 16 Dictio negatiua præposita verbo 'potest' priuat potentiam & inducit necessitatem precisam.
- 17 Vbi decreto opus nõ est: ibi non desideratur causæ cognitio.
- 18 Sententia debet ferri cum causæ cognitione partibus præsentibus & legitimè citatis.
- 19 **D**ispositum in vno ex duobus æquiparatis à iure communi trahitur ad reliquum.
- 20 Dispositio augmentatiua: continet qualitates dispositionis augmentatæ.
- 21 **Q**ualitas adueniens enti reponit illud in diuersa specie.
- 22 Sententia & confessio æquiparantur.
- 23 **D**ispositum habet multa priuilegia.
- 24 In dubio lex fundata videtur in iure communi.
- 25 In dote & mutuo semp exceptio nõ numeratæ pecuniæ obijci põt.

# Marci de Mantua co-

## G N O M E N T O B O

navitis Patauini Iurifcon-  
sulti, Commen-  
tarius,

In solenn. §. Vbi decretum. l. Nec quic-  
quam. ff. de offi. procons. & leg.



**P** R A E M I T T O Pro huius §. in-  
telligētia. Et ¶ primò quòd olim &  
antiquitus ex actis regibus consules  
creati sunt ¶ dicti ut sic nomen sit  
consequens rei : iuxta text. in l. de-  
fensores. C. de defenso. ciui. & in. §.  
est & aliud. insti. de do. co. quod pu-  
blicè rei consulebant plurimum : ¶ quam ob rem apud eos  
etiam summum erat ius uti lege rogatum erat : ¶ hoc exce-  
pto duntaxat : ne per omnia sibi regiam potestatem uendica-  
rēt : ut ab eis prouocatio esset, ne ue possent in caput ciuis  
Romani animaduertere iniussu populi : coërcere autem sic,  
ac iubere eum in publica uincula duci, quæ omnia habentur  
in l. ij. in. §. exactis. ff. de orig. iu. quibus argumentis adducor,  
ut facile credam : eos potius illustres, quàm super illustres  
fuisse, cum non per omnia regiam habeant potestatem, sicut  
dicemus in l. j. ff. de offi. eius cui man. est iu. ¶ Secundò præ-  
mitto, inde statutum fuisse, ¶ ut qui consul uno anno fuisset,  
sequenti esset proconsul : ¶ dictus & iste etiam, quia à con-

L V G D V N I,  
Excudebat Ioannes Pullonus,  
aliàs de Tridino

1548.

